Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

tues xpc filius dei qui in hunc mundum uenisti. Et cum hec dixisset abiit et
uocauit mariam sororem suam silentio dicens. Magister adest et uocat te. Illa ut
audiuit surgit cito et uenit ad eum. Nondum enim uenerat ihc in castellum sed ad
huc in illo loco erat ubi occurrerat ei martha. Judei igitur qui erant cum ea
in domo et consolabant eam cum uidissent mariam quia cito surrexit et exiit
seqti sunt eam dicentes quia dit admonumentum ut ploret ibi. Maria cum
uenisset ubi erat ihc videns eum cecidit ad pedes eius et dixit. Domine si fuisses
hic non fuisset mortuus frs meus. Ihc ergo ut vidit eam plorantem et uidit
qui uenerant cum ea plorantes fremuit spiritu et turbauit seipsum et dixit
Vbi posuistis eum dicit ei. Domine uenite et uide. Lacrimatus est ihc. Dixerunt
ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt.
Non poterat hic qui aperuit oculos cecci nati facere ut hic non moreretur. Ihc igitur
rursum fremens in semetipso uenit ad monumentum. Erat autem spelunca
et lapis superpositus erat ei. Ait ihc. Tollite lapidem. Dicit ei martha
soror eius qui fuerat mortuus. Domine iam fetet quoniam quatriduanus enim est. Dicit
ei ihc. Nonne dixi tibi quia si credideris uidebis gloriam dei. Tulerunt ergo lapidem
Ihc ergo elevatis sursum oculis dixit. Pater gracias ago tibi quia audisti me.
Ego autem sciebam quia semper me audis sed propter populum qui circumstat dixi
ut credant quia tu me misisti. Hec cum dixisset voce magna clamauit
Lazare uenite foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus ligatis pe
des et manus in linteis et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis ihc
Solvite eum et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui uenerant ad mariam
et uiderant quae fecit crediderunt in eum. Off. P Populum humilem saluum
fac domine et oculos superborum humiliabis quia tu es dominus. Secreta M unera
nos domine oblata purificent et te nobis iugiter faciant esse placatum.
Com. U Idens dominus flentes sorores lazari admonuit ut lacrimas cessarent audiuit
et clamabat lazare uenite foras et prodiit ligatis manibus et pedibus quia fuerat quatriduanus mor-